



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

cap. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

i forte Seueri fraude Vide Marcellin & Casiodor. cap. 8.

k. alii vocant Attrabenum.

l. al. Maroniana.

m. al. Renufundum.

n. al. supradicta expeditione Romanorum.

Locus corruptus. o conuenti

as ordinante, Richimeris Syveuorum consilio, i Sultus fraude interficitur.

Romanorum XLIII. SEVERVS à Senatu Romæ Augustus appellatur anno imperio Leonis quinto k Attrabennus Galliarum Comes & ciuis inuidus Ægidio insignis inimicus ---- Gothorum fœderatur. Narbona traditur Theodorico. Mense Iulio in Gallicia coruscatione villæ exusta, & greges ouium concremati, carnes concisæ, pluuia de cælo mixta cadunt: duo adolescentes carne inuicem solidati adherentes sunt mortui. In Armenia prouincia Fridericus frater Theodorici regis insurgens cum his, cum quibus fuerat, superatus tunc occiditur. Luna XV. tunc conuersa est in sanguineam speciem. Luna V. Sol ab hora tertia usque ad horam nonam obscuratus est. Vandalis per Marcellinum in Sicilia cæsi effugantur. Ægidius Comes veneno perijt.

Romanorum XLIV. regnat ANTHEMIUS. Romæ Augustus appellatur. Anno octauo Leonis imperij expeditio ab Africa aduersus Vandalos ordinatur. Per Theodoricum Salla legatus mittitur (ad) m Remundum Regem Syveuorum; qui reuersus eum à fratre suo Theodorico nunciat esse interfectum. Gothi qui ad Vandalos missi fuerant n supradictæ expeditionis rumore perterriti reuertuntur. Conembra ciuitas in pace decepta domibus destructis cum aliqua parte murorum, habitatores capti atque dispersi, & regio desolatur & ciuitas.

Anno 11. Anthemij in medio Tolosæ ciuitatis sanguis erupit de terra & tota die fluxit, significans Gothorum dominationem sublatam, Francorum adueniente regno. Exercitus Leonis aduersus Vandalos cum tribus ducibus descendit. Richimeris gener Anthemij Imperatoris & patricius factus adfatim degradatum ad priuatam vitam filio eius occiso, Aduersus Romanorum imperium o conuentiq;



uentiq; sunt Vvandaliconsolentis Gothi eodem tempore legati defæuiunt, partem etiam Lusitaniæ deprædantibus Richimundo cum Syveuis ad Imperatorem transeunte. Durissimus extra solitum hoc eodem anno imber hyemæ & æstatis, autûniq; fructuū mutatione diffūditur.

quæritur  
Wandali con-  
solentes Go-  
thos eodem  
tempore ho-  
stes liq; que  
defæuiunt.

Temporibus Imperatoris Honorij regnum Gothorū post captam Romam bifaria diuisione partitur; & qui in Italia cōsederunt, ditioni imperij se tradūt: reliqui Aquitania prouincia, ciuitate Tolosa eligentes sedem, Regem eligunt Araulsum; postea, vt supra gesta cōfirmant, à Gothis regnatum est; in his vero qui in Italia cōsidentes, Romano pertinebāt imperio, Theodoricus natione Macedo permissu Leonis Imp. principatū assumpsit, sicut huius lib. gesta testātur. Nā ille alius Theudoricus Theodori regis filius natione Gothus fuit. Natiuitas Theodoricus regis ex genere Macedonū ita fuit, qui in Italia Gothis & Roman. regnauit. Idacius patritius & vxor eius Eugenia cum sine liberis essent, & habuerunt in ministerio creditorium sibi puerum nomine Theodorum & puellam nomine Liliam: quos cum comperissent diligentes se, coniugium pmiserunt copulare; erantq; ambo natione Macedones, vnde parui captiui erant adducti, Eugenia iussit puellę cū ad viri coitū accesseris, quodcūq; eadem nocte sopore somnij visaueris, mihi in craftino narrare nō sileas; quia creditur veritate subsistere, q; nubentes prima nocte visauerint, Qui cū coniugati eadē nocte fuissent, vidit puella somnium, q; natus illi fuisset arbor exiliēs de vmbilico ventris tam excelsa, q; nubes penetraret. Narrauitq; viro somnium, iussionem domine suę & visionem quā viderat: dixitq; ad eā vir suus, cūm steteris in cōspectu domine tuę eo q; sine liberis est, sic dices ad eā, Visauit hac nocte equū & equā, ambos pulcherrimos cunctorū & comam nimia pulchritudine habētes: sequebatur eos tertio equo paruulo corū cōsimilis & ambulabāt in domo dominorum meorū

Capit. 9.

Eadem Aime-  
in lib. 1. de  
gest. Franc.

Capit. 10.

Nana 2

Quod